

MONARCHIA
 QVARTA
 siue
 ROMANORVM

Anni
 Christi.

RES ILLUSTRIVM GENTIVM,
 earum maxime, qua ad Monar-
 chiam adspirauere, aut iis
 se opposuere.

Anni
 Christi.

RESPVBLICA
 CHRISTIANORVM
 siue
 RES SACRÆ.

bus certatum est, & morte Imperatoris sui, *Mauritii Nassouii*, Principis Arausionensis, consilia publica impedita sunt & occupata.

Mauritius successorem accipit *Fridericum Henricum*.

1627. *Vincentius, Mantuae & Montisferati in Italia Dux*, liberis haud relictis moritur. Tum *Carolus, Niuernie Dux Gallicanus*, adit feudi patruelis sui hereditatem, inconsulto *Cæsare*, feudi Domino. Hæc origo est sequentium bellorum in Italia inter Gallos, ac Hispanos causam *Cæsaris* agentes: illis se magno Italiae Principatu auctos esse gaudentibus; his vero aditum Gallis in Italiam inuidentibus.

1628. *Gustanus, Sueciae rex*, bello Polonico adhuc distentus, fatis nunc habet, promulgatis literis, Imperii Germanici exules in Sueciam inuitare, & sedem iis ac opem polliceri. Hæc origo est nonnullis in locis Sueciae frequentius habitata.

idem tamen in *Pomerania* nunc iacit futurae in Germaniam expeditionis fundamenta, fœdere inito cum *Stralsundanis*, quibus vim intentabat *Cæsar*, in annos XX; non ad cuiusquam offensionem, sed, urgente necessitate, mutuam defensionem. Sic Septentrionalis aut Balthici maris securitati, cui callide insidiabatur *Cæsar*, ad turbanda commercia Septentrionis, est tum promissum.

1629. *Dania rex*, iniqua fortuna fatigatus, a fœderatis quibusdam desertus, & in propriarum ditiorum visceribus inuasus, pacem facit cum *Cæsare*, his legibus: I. Pax æterna ac amicitia Danos inter & Imperium posthac esto. II. *Dania rex* rebus ac turbis Imperii se nunquam immisceto. III. *Iutlandia, Slesuicum, Holsatia, Stormaria, Dithmarsia*, ac alia loca hoc bello capta eidem restituantur. IV. *Daniae rex* in nullum Imperii Principem huius belli causa actionem habeto aut instituto. Hæ præcipuæ formulæ pacis sunt, quæ Danum inter & *Cæsarem* adhuc obseruatur.

Cæsar, bello Danico feliciter a se confecto, Ecclesiasticorum imprimis impulsu, & successu rerum animatus, Edictum promulgat de restituendis bonis omnibus Ecclesiasticis, & dignitatibus, post Pacificationem Passauiensem a Protestantibus Principibus occupatis. Hæc occasio est Protestantium quorundam Principum, quæ *Cæsari* hactenus adhaeserant, imprimis *Saxoniae Electoris*, *Cæsaris* causam deserentium.

Cum inter *Brandenburgensem & Neoburgicum*, illum fœderatorum Belgarum, hunc Hispanorum

gu
 tur
 v
 opa
 lesu
 La
 uin
 nse
 ce
 in
 ita
 re
 ni
 io
 oti
 ce
 fir
 ri
 qua
 no
 co
 la
 ces
 am
 tio